

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Concordia insuperabilis. Emblema XL.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

Concordia Insuperabilis.

EMBLEMA XL.



TERGEMINOS inter fuerat concordia fratres,
Tanta simul pietas mutua, & unus amor:
Innicii humanis ut viribus ampla tenerent
Regna, uno dicti nomine Geryonis.

COMMENTARIUS.

GERYONIS effigiem exprimit homo corona & habitu regio, triceps, sex pedibus, & rotidem manibus, quarum sinistra omnes vni clypeo inmituntur; dextra vero, una hastam, altera gladium, tercia sceptrum, gerunt. Apposita concordia imago, ut cui non defit prudentia, defensio, imperium, iniuriarum vltio comitius & eminus facta, celeritas, robur.

GERYONEM veteres talem finixerunt, qualiter hic depictum damus, tricipitem, trimanum, tripedem; quod varijs va-

riis sunt interpretati, alijs ad hyenam, alijs giz vna ad tempus, alijs ad Lunae mutationem triplcem id trahentes; alij ad sophistam triu linguarum peritum referunt, alijs ad tres insulas Hispaniae copiosissimas, duas nempe Balearides & Ebusin, quibus imperauit Geryon: Palephatus manule ad Trinacriam, i. tricipitiam ciuitatem in Euxino ponto conuertere: sed quia haec parum ad nostrum institutum facere videntur, ijs omissis, de fraterna concordia id intelligimus. Vnde Fons Ennius liquet Emblema desumptum esse ex viti blematis,

O 3 mo

mo libro Iustini Historici , vbi hæc verba leguntur : In alia parte Hispania , & qua ex insulis constat , regnum penes Geryonem fuit . In hac pabuli tanta leticia est , ut nisi abstinentia interpellata sagina fuerit , pecora ruimpantur . Inde denique armata Geryonis , quæ illis temporibus sole opes habebantur , tantæ famæ fuere , vt Herculem ex Asia præda magnitudine illexerint . Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ (vt fabulæ proditur) fuisse ferunt , sed tres fratres tantæ concordia extitile , vt uno animo omnes regi viderentur . Nec bellum Herculi sua sponte intulisse , sed cū armata sua rapi vidissent , amissâ bello repetijste . Sic ille . Huius de Geryone pegmatis permulti meminere , vt Eunapius Sardianus auctor Græcus , vita Sophistarum : Lucianus in Toxari , ipso penè extremo : Arianus de Alexandri gestis lib . 2 . quo loco sententiam retulit Hecatei Abderitæ de Hercule & Geryone ; Natalis Comes Mytholog . lib . 7 . cap . 1 . sub finem : Cœl . Rhodig . lib . 6 . cap . 7 . & lib . 20 . cap . 6 . Silius Italicus lib . 13 .

*Qualis Atlantiaco memoratur littore quoniam
Monsfrū Geryones immane tricorporis ire,
Cui tres in pugna dextra varia arma gerabant.*

*Vno ignes saeos , aſt altera ponē sagittas
Fundebat , validam fundebat tertia cornū:
Atq; uno diuersa dabat tria vulnera visu .
Vide etiam Plinium lib . 4 . cap . 2 . & Pompon . Melam lib . 3 . cap . 6 . Ouid . 9 . Metamorph .*

--- *Nec me paſtoris liber*

Forma triplex monit .

Huic armata Hercules abduxit , ab Euristheo iussus , ut est apud Isocratem in encomio Helena . Talis quoq; depingitur Herillus apud Virgilium .

Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi ,

*Nascenti cui tres animas Feronia mater ,
(Horrendum dictu) dederat , terrena armam
mouenda ,*

*Ter letho sternendus erat : cui tum remen
omnes*

*Abstulit hac animas dextra , & totidem e-
xuit armis .*

Tales item fuisse Moliones , aut Molionides obseruo ; siquidem D . Gregorius Nazianzenus , ut hoc obiter adiiciam , pro con-

*Molioni-
des .*

cordi fratrum amore , verbum Molionides usurpauit , non sive aliqua prouerbij facies òt Molionides , της ὁμηρικῆς διλτου τὸ θεῖον , τε κοινωνία συμφορῶν ἰγνώστε ; Molionidae , Homerici poematis miraculum , quos periculorum societas coniunxit . Plutarch . περὶ Θελεθλαφίας . Σωμάτεστιν ἐδίν Ηπονή τες Molionidas , ικένες συμ . Φεύται τοῖς σώμασι γεγονόντας δοκεῖται . Non aliter quam Molionidas illos admirantur , quos coito corpore concretas suis se existimarent . Hi vasta corporis mole Augiae regi Elidis auxiliares , oppresi sunt ab Hercule atq; interfecti , ait Pindarus . Interpres Homeris ad Iliad . A . quaternas manus totidemque oculos illis tribui à veteribus adnotar . Horum nomina . Eurytus & Creatus .

*TERGEMINOS] Lucretius lib . 5 .
Quidve tripectora tergemini quoq; Geryon Tergemini .*

Virgilius 8 . Aeneid .

--- *maximus vltor*

*Tergemini nece Geryonis , spolijsq; superbis
Alcides aderat .*

*Sic Tergemini & Trigemini fratres dicuntur Horatij & Curiatij apud Linu . 1 . ab
Vrbe , quod essent uno partu editi .*

*Iunieti humanis ut viribus] Ut cū vinci
non possent ab hostibus eriam fortissimis .*

Ampla tenerent regna] Ducas scilicet insulas Baleares & Ebusi : vel Trinacriā in Ponto Euxino , de qua Palæphatus .

*Vno nomine Geryonis .] Quamquam tres
essent , vno tamen nomine nuncupabantur .
Geryon vocabulum priscum , à gera de-
riatum , quod est aduenia , ut interpretatur unde sic
Hieronymus . Nam Geryon filius prisci dicitur , &
Hiatibæ Numidæ fuit ; quamvis Hesiodus cuiusfi-
ci Theogonia cum filium Chrysaoris fa-
cit , qui fuit filius Meduse , in hanc senten-
tiam :*

*Edidit at Chrysaor fibi Geryonea trisancæ ,
Herculis ante suos illum vis inclita tauros
Perdidit , atq; anima clava deponere insit .
Quidquid sit , aduentus classis in Hilpa-
niam , Geryonæ id est , aduenæ nomen ha-
buit . Sed qui Geryonem hyemem interpre-
tauic , dictum volunt ἀπό τοῦ γερεύνη ,
quid est fremere , quod propriū est hyemis .*

*C O N C O R D I A , vinculum incolu-
mitatis & pacis , tot tantisque vires haberet ,
ut vix vinci aut domari ferè queat , etiam si
præ se ferat nescio quid pusillum aut de-
bile*

III.

IV.

bile, nempè vbi singulorum habetur ratio. Vt enim lapides quidam insulae Cycladicę (teste Plin. o) integri natant in aqua, fracti concidunt fundum: ita Republicæ discordis pessum eunt, & quam ocyfimè collabuntur: concordi verò pace ligatē manent & perdurant. Quod aperie docuit Scilurus ille Scytha, cùm moribundus ex telorum fasciculo colligato, & postea soluto inuictam concordiam filii commendauit. Nam fratrum inter se concordiam dixit Antisthenes quouis muro firmius munimentum: Quintilian. declam. 331. De vnamini fratribus amore: Membra herculea inter se citius pugnauerint, & si qua in nobis natura geminauit, diuersos ceperint effectus: nam quid aliud est fraternitas, quam diuinus spiritus, & que ad tuendos nos concessa sunt, multiplicata cō quidem felicius, quod diuersis etiam consisteribus locis esse idem, ac plura simul obire possumus. Horat. lib. 1. epist.

noti, teneri, columbi,

Fraternis animis quicquid negat alter, & alter.

Idem cod.lib.ad Iulium Florum:

vbi cumque locorum

Viuuisse, indigni fraternum rumpere fœdus. Nobile fraterna concordia exemplum nobis reliquit Eumenes rex, qui infidis petitus à Perseo, credebatur extinctus. Cum is rumor Pergamum esset perlatus, Attalus eius frater imposito sibi diademate, ductaque fratris vxore, regnum occupauit. Cæterum cām audire illum viuum, profectus est illi obuiam vna cum satellitibus, hastam gestans. Eumenes autem amanter illum amplexus, dixit in aorem: Ne festines ducre, priusquam me mortuum videbis; nec præterea per omnem vitam, ullam offensum animi significationem vel dictio vel factio dedit: quin etiam moriens fratri & uxori & regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus, cū multos ex se liberos haberet, nullum tamen regno educauit: sed filio Eumenis, postea quam adoleuisset, adhuc viuens principatum tradidit. Vide Plutarch.

Simile concordia exemplar exprimit in coniugibus Ovidius 8. Metamorph.

Sed pia Baucis anus, pariliq; estate Philippi
Illa sunt annis iuncti inuenitilibus, illa
Consenire cesa, paupertatemq; ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam:
Nec refert dominos illis, famulosve regras,
Tota domus duo sunt, ij de parentib; inbēti.
Cū Xerxes expugnat Thermopyl s crudeliter tractascer Astum, & hac fama perterriti classiarii cogitarent de repetenda domo, idque plerique suaderent: solus Thermistocles obstitit, dicens, eos vniuersos hostibus fore patres, dispersos verò perituros: Tanta fuit virtus in vnamini militum concordia fiducia. Unde etiā Agesilaus Lacedæmoniorum Rex, cum à quodam percontaretur, quam ob causam Sparta non cingeretur incenibus ostendit ciues armatos & vnamimes: Hi, inquiens, sunt Spartæ ciuitatis menia. Significans, Republicas nullo munimento tutiores esse, quam virtute ciuium consentientium. Eam ob rem etiam finixerūt veteres Geryonem

Geryonem
tricorporeum

fuisse tricorporeum, aut tricipitem, quod tricorporeum vna cum fratribus, quos duos habebat, tanto amore tantaq; fide æcum traduxit, vt iij vno nomine Geryones dicerentur: adeoque vnicam regi animam & voluntatem in esse, quanquam tres essent, communis iactabat opinio. Nō possum hoc loco subtrahere, quod mihi occurrit ex Politicis Plutarchi, quo loco monet, eum, qui sit infirmo corporis habitu, industrium sibi pro loco debere sumere, vt quondam Nicias Lamachum. Siquidem proditum est memoriae, his attributis Geryonem admirabilem fuisse, qui multa crura, pluresque manus atq; oculos habere dicebatur, vnico tamen animo atq; cōsilio regni sui fines moderatur. Hec feret Plutarchus. Cæterum aiunt Geryones ab Hercule vinci nunquam potuisse, nisi separatos & à se disiunctos, ex quo perspicuum fit, quād firmus & invictus fit vnaminus ille animorum & voluntatum quasi nexus atq; consensus: Vniuersi quippe concordes inuicti, qui singuli debiles, & nullius sunt roboris. Sic enim, vt Philosophi loquuntur, Vnita virtus valerior est scip̄a dispersa. Legē Pierium lib. Hieroglyph. 32. c. De tricipito.

